



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

LXXIII. De eo, quod non liceat Kalendas obseruare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

## LXX.

1. q. 1. Non  
liceat cleri-  
cis

Non liceat clericis, vel laicis catholicis, ab hæreticis eulogias accipere; quia maledictiones sunt magis, quam benedictiones: neque licet aut cum hæreticis, aut cum schismaticis orare.

## LXXI.

26. q. 5.  
Non liceat  
Christian.  
Bur. lib. 10.  
cap. 6. Iuo  
p. II. c. 34.

Si quis paganorum consuetudinem sequens, diuinos & sortilegos in domo sua introduxerit, quasi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, vel lustrationes paganorum faciant; quinque annis pœnitentiam \* agant.

\* agat.

## LXXII.

26. q. 6. Non  
liceat. Bur.  
lib. 10. c. 3.  
Iuo p. II. c.  
40.

Non liceat Christianis tenere traditiones gentiliū, & obseruare vel colere elementa, aut lunæ aut stellarum cursum, aut inanem signorum fallaciam, pro domo \* facienda. Scriptum est enim:

Coloss. 3.

*Omnia quæ facitis, aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo.*

\* facien-  
da, aut  
propter  
leges  
vel arbo-  
res plan-  
tandas,  
vel con-  
iugia ho-  
cianda.

## LXXIII.

26. quæst. 7.  
Non licet.  
Bur. lib. 10  
cap. 15. Iuo  
part. II. cap.  
42.

Non liceat iniquas obseruationes agere Kalendarum, & otiiis vacare gentilibus, neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc obseruatio paganismi est.

## LXXIV.

26. q. 5.  
Non liceat.  
Bur. lib. 10.  
cap. 20. Iuo  
p. II. c. 47.

Non liceat in collectione herbarum quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes aut incantationes attendere nisi tantum cum symbolo diuino, aut oratione dominica, aut tantum, Deus creator omnium, & Dominus honoretur.